



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manvale Episcoporum Pro Decretis in
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

Index locorum ab Episcopo Visitandorum. §. VI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

- miliū personarū, de quib⁹ nosse debet Episcopus.
- 33 Et hæc omnia paranda erunt respectuè ab omnibus visitandis.
- 34 Alia sunt paranda à quolibet de Clero, vt Ordinum instrumenta Beneficiorum item; tum facultates datæ pro andis dis Confessionibus, Condonationibus habendis, Missa certi loco celebranda, habitandi cum laicis, ancillave, seu extra ædes Ecclesiasticas, locandi alijs eisdem, exponendi capsulam pro elemosynis.
- 35 Tum libri personales, qui solent præscribi Ecclesiasticis, Missale, Breviarium, Calendarium, Volumen Bibliorum, Homiliarum, Cathechismus Roman. &c eiusmodi.

**Index locorum ab Episcopo Visitando-
rum. §. VI.**

- 1 **C**onfici curet Episcopus à Cancellatio-
nē Episcopali locorum indicem visitan-
dorum, quem in visitatione perficiet indice,
de quo supra §. præc. n. 19. & 20.
- 2 Hæc autem sunt de ciudem immediata
iurisdictione, & primo Ecclesia Cathedralis.
- 3 Ecclesiæ collegiatæ, cum ædibus Canonici-
corum.
- 4 Parochiales, cum ædibus Parochorum,
Beneficiata.
- 6 Quæcumque aliae; etiam Sacella, Oratoria,
vbi celebratur Missa, & Confratriæ Trid.
sess. 22. cap. 8.
- 7 Item ea Oratoria, quæ sunt in vijs, & vbi
non celebratur Missa.
- 8 Hospitalia, & loca pia. sess. 22. cap. 8. &
Collegia quæcumq; ibid.
- 9 Monasteria Monialium sub Ordinario.
- 10 Alia sunt loca cum limitatione visitanda:
nimurum.
- 11 Monachorum & regularium Ecclesiæ, vbi
est animarum cura. Trid. sess. 7. cap. 7.
- 12 Monialium Monasteria sub Regularibus,
quoad clausuram. Trident. sessione 25. c. 5.
- 13 Ecclesiæ, quæ sunt nullius Diœcesis, à vici-
niō Episcopo visitantur, sess. 24. cap. 9.
- 14 Monasteria virorum, vbi non viger regu-
laris obseruantia. sess. 21. cap. 8.
- 15 Beneficia quæcumque, & qualiterumque
commendata. sess. eadem.

ANNOTATIONES.

Circa primum. Nota ordinem Indicis loco-
rum fieri iuxta diuisionem ciuitatis per
Quarteria, seu Portas, seu Regiones, Diocesis
vero per Vicariatus, seu Plebanias.

*Circa 8. non sunt visitanda Hospitalia, & pia-
loca, quæ sunt immediate sub protectione Re-
gum, ex Trid. sess. 22. c. 8. neque ea, in quibus
aliter est cautum in fundatione, & expresse
contra Episcopum. Collegia vero instituta
pro sustentatione studentium pauperum sunt
loca pia. Vide Gars. de Benef. par. 5. c. 21. num.
612. si aliquid oriatur dubium, visitet Epis-
copus tanquam Sedis Apost. delegatus, ex
eodem ibid.*

*Circa undecimum, visitari debent etiā Eccle-
sie curate Equitū Hierosolymitanorum, ex
Decl. Sacra Congreg. 77. apud Vilagut loco
cit. nu. 6. non autem vbi habitat Generalis
Ordinis. ex Trid. sess. 25. c. 11. de regul.*

*Circa 13. Si dubitatur, quis Episcopus vicinior,
in Conc. Provinciali debet fieri electio à Pre-
lato illius loci de aliqua persona idonea, à
qua ipse Ecclesia nullius diœcesis visitentur,
ut docet Fusco lib. 2. cap. 8. nu. 2. & electio-
ne facta, non potest mutari à successoribus,
ex Declar. Congreg. 7. apud Vilagut loco cit.
nu. 7. ex Trid. sess. 24. c. 9. intellige de Eccle-
siis secularibus. Distancia vero est mensu-
randa ab ipsa cathedrali Ecclesia, ex Decl.
Congreg. ibid.*

*Circa 14. Visitari non debent Prioratus mili-
tum Hierosolymitanorum, ex sess. 7. cap. 8. §.
vbi Equites. quod si vigeat obseruantia re-
gularis, paternæ monere debet Episcopus eo-
rum Regularium superiores ut corrigant ea,
qua necessaria sunt. & si intra sex menses
eos non corixerint tunc ydem Episcopi pos-
sunt visitare, & corrigerre, ex Trid. sess. 21.
cap. 8. Nunc temporis visitare possunt eas do-
mos Regulares, in quibus duodecim non de-
gunt, erexitas post Decretum Sac. Congreg de-
cebrat. Missarum 21. Jun. 1625.*

*Circa 15. comprehenduntur in Decreto Trid.
etiam illa Monasteria commendata, quæ
sunt perpetuo unita alijs Ecclesijs, vel pjs
locis, etiam si loca ipsa effent sub regulari
protectione, ex Sac. Cong. sess. 21. c. 8.*

**Index Personarum Visitandarum.
§. VI I.**

Habet Episcopus Indicem totius Cleri
sui cum nominibus, & cognominibus
iuxta locorum distinctionem, quem com-
plere poterit indice prænotato supra §. 5.
num. 23.

2 Sunt autem visitandi Abbates.

3 Canonicci.

4 Plebani.

5 Parochi.

6 Beneficiati.